Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Iustic^a via iustic^e. ditem. divitie. gloria

nam meam et non pecuniam.
meam doctrinam magis quam aurum
sapie eligite. Melior est enim sapientia
cunctis opibus preciosissimis et
omne desiderabile ei non potest
comparari. Ego sapientia habito
in consilio et eruditis inter
sum cogitacionibus. Timor
arrogancia domini odit malum. Arrogantiam
et superbiam et viam pravam et
os bilingue detestor. Meum
est enim consilium et equitas. Mea
me prudencia mea est fortitudo.
Per me reges regnant et con
ditores legum iusta decernunt.
princeps Per me principes imperant et
potentes decernunt iusticiam.
Ego diligentes me diligo.
et qui mane vigilaverint ad
me invenient me. Mecum
sunt divitie et gloria opes
superbe et iusticia. Melior est
fructus meus auro et lapide
precioso et genimina mea ar
gento electo. In viis iusticie
ambulo in medio semitarum
iudicii ut ditem diligentes
me et thezauros eorum reple
in initio viarum am. Dominus possedit me
ab initio viarum suarum antequam
quicquam faceret a principio.
Ab eterno ordinata sum et
ex antiquis antequam terra
fieret. Nondum erant abyssi
et ego iam concepta eram.
Necdum fontes aquarum eru
perant. Necdum montes gravi
mole constiterant ante colles

ego parturiebar. Adhuc terram
non fecerat et flumina et car
dines orbis terre. Quando preparabat
celos aderam. quando certa lege
et giro vallabat abyssos. Quando
ethera firmabat sursum et
librabat fontes aquarum. Quando
circumdabat mari terminum suum
et legem ponebat aquis ne
transirent fines suos. Quando appe
debat [struck] fundamenta
terre cum eo eram cuncta compo
nens et delectabar per singulos
dies ludens coram eo omni tempore
ludens in orbe terrarum et
delicie mee esse cum filiis
hominum. Nunc ergo filii [struck]
audite me. Beati qui custo
diunt vias meas. Audite
disciplinam et estote sapien
tes et nolite abicere eam. Beatus
homo qui audit me et qui
vigilat ad fores meas cot
tidie et observat ad postes
ostii mei. Qui me invenerit
inveniet vitam et hauriet
salutem a domino. Qui autem in
me peccaverit ledet animam
suam. Omnes qui me oderunt
diligunt mortem. ix.
Sapientia edificavit sibi
domum excidit co
lumpnas septem. Immo
labit victimas suas miscuit
vinum et posuit mensam.
Misit ancillas suas ut vo
carent ad arcem et ad menia